

cis repetere? Neg. Treutl. v. i. disp. 2. tb. 3. lit. B. cui ex novissimis  
subscribit Ludw. disp. 1. tb. 17. lit. C. Aff. Bachovius ad d. l. Treutl.  
in verb. sed a parentes ratioibus motus non vulgaribus. Modo  
huius servitutis iudicendae non adeo absimile videtur pactum illud,  
qvo debitor non solvendo existens se ad operas & servitatem  
obligat: de qvo V. Matt. Coler. de proces. execut. p. i. c. 9. Et imo Ju-  
re Lubecensi ejusmodi mancipationem vel addictionem in servi-  
turem hodiernam permissam esse constat ex lib. i. tit. 3. art. i. ibi q;  
Dn. Mæviô, n. 85. & seq. Vide insuper Mynsing. cent. 6. obs. 51.  
Gvid. Pap. decis. 61. Koppen. decis. 29. Garpz. J. F. p. 2. c. 22. def. 1.  
& II. Et haec sunt causa & modi servitatem iudicandi jure Gentilium  
& civili inducti, quorum mentionem fecit Imperator in nr.  
§. Sunt & alii, quibus servitus jure Romano inducta, atrocitas ut-  
pote sententia, damnatio in metallum vel ad bestias, revocatio  
liberti in servitatem, conanbum &c. sed ex iniustiti ratione Le-  
torem ad Hug. Donell. comm. jur. civ. lib. 2. c. 9. ibi q; Hillig. lit. P.  
remittere placet.

XVII. Explicatio huc usq; causis servitatis legitimis proxi-  
mum censuit Imperator illud qvoq; discribens, quod inter liberos  
& servos intercedit, subjicere. Nimicum cum servi erga Domi-  
nos & equali se habeant subjectione, Dominis etiam par jus & potes-  
tas in eos competat, ideo ratione status & conditionis, quâ in ci-  
vili societate induci, nulla realis inter eos obtinet differentia, &  
si aliqua forte adfuerit, merè accidentalis & temporalis atq; à nutu  
ac arbitrio domini dependens dicenda. Bachov. ad Treutl. vol. i.  
disp. 2. tb 3. tit. G. Quod si verò officia servorum & artificia respi-  
cias insignis sanè inter eos eō respectu obtinuit discrepantia. In  
quâ investigandâ & eruendâ valde curiosi fuerunt Fr. Connam.  
comm. jur. civ. lib. 2. c. 2. n. 3. Ravard. s. var. c. 10. Biccarius in aur. sect.  
I. tb. 2. lit. b. Ceterum inter liberos quo ad statum qvoq; præclarum  
intercedit discribens: alii enim dicuntur ingeni, alii libertini.

XVIII. Primum de ingenuis tanquam primariâ libero-  
rum hominum specie solicitus est Imperator. Ingenuos alii à gene-  
re pro parentum origine accepto, quod Latini Gentiles deinceps  
dixerunt, nomen sortitos & proinde quasi generosos dictos esse au-  
tumant Hillig. Donell. encl. lib. 2. c. 10 lit. B. Alii ab ingenio lati-

Ad §. fin.

TIT. IV.  
DE INGE-  
NUIS.